DISPVTATIO
DE
DOTE.

QVAM,

Auſpice CHRISTO,

Præſide

Clariſſimo & conſultiſſimo viro

D. IVLIO *à* BEYMA I.V.D. *& Anteceſſore Lugdunenſis Academiæ apud Batauos celeberrimo,*

Publici exercitij cauſa examinandam proponit

IOHANNES BOGELIVS *Gedanenſis, Pruthenus.*

XV. Idib. Maij. Anno cIↃ. IↃ. XCV.

horis locóque ſolitis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud Franciſcum Raphelengium.

cIↃ. IↃ. XCV.

DISPVTATIO
DE
DOTE.

THESIS I.

QVAMVIS antiquitus, mulieres indotatas nubere ſolitas fuiſſe, præclari nominis autores reliquerint[a], dotium tamen originem ex iure naturali promanare ſtatuo[b].

[a] *Videatur Plutarchus in vita Lycurgi & Solonis. Idem moris apud Græcos fuiſſe, ſcribit Ariſtotel. 2. Polit. 6. De Indis hoc ipſum refert Strabo lib. 15. Geogra. Quod etiam de Thracibus narrat Herodo. lib. 1. Has enim gentes, vel inter ſe, vel à parentib. vxores emiſſe, dicti autores prodiderunt. Taceo quod Plato lib. 5. de Repub. in perſona Socratis, vxorum communionem approbet: qua conceſſa, cum ibi legitimum matrimonium non ſit, nec dos erit l. 3. ff. iure dot. l. fin. C. donat. ante nupt. Quam opinionem, vt abſurdam, impiam, & naturæ contrariam reiicio. Vide Ariſtot. 2. Polit. 2. 3. & 4. Iohan. Caſum in Sphæra Ciuitatis lib. 2. cap. 2. 3. & 4. Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 2.*

[b] *L. 1. ff. ſolut. matrimon. l. eas 8. ff. capit. minut. Vide Bald. Nouel. de dote part. 3. Addatur Petrus Vanderanus de Priuileg. cred. cap. 5.*

II.

Dotem definio, Ius continens vniuerſum ius mulieris[a], marito, à muliere ipſa, vel ab alio pro ea conſtitutum, vt mulier facilius nubere[b], &

maritus matrimonij onera ſuſtinere poſſit[c]. Diuiditur autem in Profectitiam & Aduentitiam[d].

[a] Dos itaque nec vniuerſitas erit, vt putauit Guibert. eúmque plurimi ſecuti ex Neotericis, Comment. cap. 2. n. 5. Sed ab vniuerſo mulieris iure differt, quemadmodum hereditas ab vniuerſo iure defuncti, prò vt continens à contento. Nec etiam res marito à muliere conceſſæ dos erunt, argum. l. quòd dicitur ff. impenſ. in res dot. fa. quod exiſtimauit Acurſius, Iaſon, & alij: Bald. Nouell. tota ferè parte 2. Et ita ſubtiliter hanc quæſtionem conſiderat Vacon à Vacun. 6. Declarat. iur. 93. Videatur Conſtant. Rogerius de dote quæſt. 1.

[b] Cùm hæc præcipua dotium cauſa ſit, l. 2. ff. iure dot. l. 1. ff. ſolut. mat. miror qui factum ſit, quòd à DD. quotquot vidi omnibus in definitione dotis omiſſa ſit.

[c] L. dotis fructum 7. & l. ſi pater 76. ff. iure dot. & l. pro oneribus 20. C. eod. An autem dos promiſſa propriè dos dici poſſit? Nego, per l. 1. C. de dote caut. non numer. d. l. ſi pater in fin. Guibert cap. 2. num. 12. & ſeqq. Diſſ. Vacon à Vacun. 6. Declar. 93. num. 8. Gail 2. Obſeru. 79. num. 1. & 2. & alij per l. Theopompus 14. ff. dote præleg. l. nuptura 57. l. ſi mulier 95. l. ſiue generalis 61. l. cùm poſt 69. §. patrona ff. iure dot. l. de diuiſione 5. ff. ſolut. matri. arg. l. 1. ff. collat. dot. l. cùm poſt 43. §. 1. ff. adminiſt. & peric. tut. In lata tamen ſignificatione dotem etiam nominari puto, quando ſponſalia tantùm contracta ſunt, l. quæſitum 17. §. fin. & l. ſeq. ff. Reb. auct. iud. poſſid. l. lex Iulia 4. ff. fund. dota. Sponſalia autem cùm dico, ſponſalia de futuro intelligo. Nulla enim ſponſalia de præſenti agnoſco. Diſſ. Canoniſtæ omnes: Quæ licet æquè conſenſu atque nuptiæ contrahantur, præter conſenſum tamen in nuptiis deductionem in domum mariti requiri non puto. Borch. tract. de Grad. & Affin. Diſſ. Hotom. Illuſt. quæſt. 25. & alij.

[d] L. profectitia 5. ff. iure dot.

Aduenti-

iſtenti[b], has enim dotare pater cogitur[c]. Excipio hæreticam[d], ſpuriam[e], &c.

[a] *L.5. ff.h.tt. Cùm autem hæc dotium cauſa duplici fauore & publico, l.1. ff. ſol. mat. l. hoc modo 64. ff. cond. & demonſt. & piæ cauſæ fulta ſit: l. cùm is 32. §. mulier ff. condict. indeb. arg. l. fin. C. iure dot. iuncta l. illud 19. ff. ſacroſanct. Eccl. factum inde eſt, vt etiam mulieres in hac cauſa promittentes S C" non adiuuentur, l. ſi dotare 12. & l. fin. C. ad Vellei. hoc tamen accipio de dotis promiſsione, ob quam efficaciter obligatur l. creditor 60. ff. mand. l. cùm dotis 55. ff. h. tt. Incidit hîc controuerſia: An dote iam conſtituta, pro ea conſeruanda vel reſtituenda fideiuſſor cum effectu interuenire poſsit? Communis opinio eſt, Poſſe quidem, ſed non niſi ſoluto matrimonio, l. 7. ff. except. l. vnica §. cùm autem, C. rei vxor. actio. l. ſi conſtante 24. §. quoties ff. ſol. matri. Extra hunc caſum, ne quidem à marito fideiuſſorem dare volente accipi poſſe, tot. tt. C. ne fideiuſſ. dot. dentur, quam defendit Cuia. in parat. C. hîc & ad l. vir vxori 17. §. 1. ff. ad Vell. in Affrica. Petrus Vanderanus de priuileg. cred. cap. 4. in medio. Diuerſæ opinionis autores aſſerunt, Quamuis vt fideiuſſor detur, maritus cogi nequeat, tamen ſi datus ſit, teneri eum, idq́; probant ex l. 2. C. Ne fideiuſ. dot. argumento item ducto à pignore ad fideiuſſorem, l. quod autem 7. §. ſi vxor ff. donat. int. vir. l. promiſſor 21. § vlt. ff. conſt. pecun. Tuentur eam Hotom. diſp. de dot. Conan. 8. Comment. 9. num. 8. Duare. de dote cap. 4. De hac quæſtione videatur Bald. Nouell. part. 3. num. 21. Exercitij cauſa vel affirmatiuam, poſſe, vel negatiuam, non poſſe, vt aduerſarius viſum fuerit, tueri conabor.*

[b] *L. vlt. C. dot. promiſſ. l. 5. §. pater ff. h. tt.*

[c] *L. 19. ff. ritu Napt.*

* *L.* 19. *C.haeret. Nouell.* 115. *cap.* 1. §. 14.

† *Auth. ex complexu C. inceſt. nupt. ex qua ne ali quidem debent. Verùm ius Pontificium, ad veſtigia iuris naturalis ſe informans, alendos eſſe ſpurios ſtatuit, cap. cùm haberet, de eo qui duxit in mat. quam poll. per adult. quæ communis D D. opinio eſt. cui ſi rectè attendatur, non obſtat cap. per venerabilem in fin. qui filij ſint legit. Paloëot. tract. de ſpuriis cap.* 46. *vulgi opinione D D. in errorem rapi exiſtimat, & eò loci cap.* 46. *num.* 4. *aliter d. cap. cùm haberet, explicat: quam explicationem probare non poſſum. Nec quicquam pro eo fac. l. cùm duæ* 14. *in fin. ff. capt. & poſtl. reuerſ. nec can. ſi quis quæſt.* 1. *& can. denique cau.* 31. *Dicti namque can. denique prior pars in editionib. operum Auguſtini, & vno Vaticano codice; vno itemque Gratiani exemplari negatiuè legitur, vel de repudiata: poſterior de concubina eſt intelligenda, vt rectè annotat Lancelotus. Iudico itaque alendos eſſe ſpurios omnes de Iure Canon. can. vndecunque can. naſci, diſt.* 56. *ca. eſt probanda arg. can. paſce can. non ſatis diſt.* 86. *Diſſ. Baldus in Auth. Ex Complexu. C. inceſt. nupt. vt refert Paloëot, in quibuſdam tantùm ſpuriis Pontificiam conſtitutionem locum habere autumans, præſertim cùm quidam ſint liberi, quos Canones ne quidem liberorũ nomine dignos iudicant, can.* 1. *quæſt.* 7. *cau.* 35. *ex æquitate tantùm naturali Diſſ. Rainaldus Corſus* 1. *Indagat.* 28. *ius naturale quoad alimenta mutari poſſe exiſtimans. An autem hæc Iuris Pontificij diſpoſitio etiam in foro ſeculari obſeruari debeat? Negat Iaſon in Auth. res quæ C. com. de legat. col. penult. Ego in vtroque foro admittendam eſſe iudico. An verò pater etiam ſpurium alere teneatur. Decidit Paloëot. cap.* 48. *quod ſic. cui opinioni & ego accedo. Allegat tamen Panormit. diſſent. ad d. cap. cùm haberet: cuius rationes multùm facere videntur contra Paloëot. Ex his conſequenter infero, Quod pater filiæ etiam ſpuriæ dotem dare cogatur: Couuar. Epito. Decret. lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 11. *Paloëot. cap.* 49. *Diſſ. Gail* 2. *Obſer.* 88. *quamuis non tam amplam, quàm legitimæ filiæ, vt notant communit. D D. Hinc colligo, Idem ius multo magis in filia naturali obtinere. Diſſ. Ant. Guib. cap.* 3. *num.* 9. *Et hæc de Iure Canonum vera ſunt.*

… diſſenſionis hæc quæſtio eſt. Affirmatiuam communiter receptam eſſe ſcio, per l. fin. §. neque enim C. dot. promiſſ. l. quoniam novella 29. C. inoff. teſt. arg. l. ſi Rufinus 4. C. teſt. milit. l. nulla 25. ff. & l. quod fauore 6. C. legib. l. profectitia 5. §. vlt. ff. iure dot. Eam propugnant Gaibert. cap. 4. n. 13. Gail 2. Obſer. 95. num. 14. & alij, quæ etiam procul dubio verior eſt. Interpretes tamen negatiuam amplectentes, non videntur mihi ſine ratione loqui. Bartol. ad l. 22. ff. ad Trebell. Alciat. 8. Parerg. 3. Conan. 8. Comment. 8. num. 7. per l. ſi quis à liberis 5. §. ſed ſi filius ff. agnoſ. & ale. liberis, l. mulier 22. §. cum proponeretur ff. ad Trebell. l. 1. §. ſi impubere ff. collat. bon. l. lex Cornelia 28. ff. vulga & pupil. ſubſt. Auth. ſi qua mulier C. ſacroſanct. Eccleſ. iunct. l. ſi quando 35. C. inoff. teſt. argumento item ab alimentis ad dotem, Ideóque hanc etiam defendi poſſe crediderim, atque adeò experiar.

IIII.

1. Variis modis dos conſtituitur, Traditione [a], ſtipulatione [b], pollicitatione [c], & ſimilibus [d] tamque in rebus mobilibus quàm immobilibus [e], æſtimatis quàm inæſtimatis [f]. In rebus autem indefinitè promiſſis, an dotis conſtitutio valeat? Affirmantibus ſubſcribo [g].

[a] *L. quemadmodum 46. §. 1. ff. Iure dot. l. legem 10. C. pact.*

[b] *L. Iulianus 20. cum l. ſeq. ff. h. tt.*

[c] *L. ad exactionem 6. C. dot. promiſſ.*

[d] *Delegatione nimirum debitorum, l. ſi is qui Stichum 56. l. ſi debitor 80. ff. hîc, ſimplici debiti remiſſione, l. ſi ſponſalib. 58. & l. ſi mulier 77. ff. eod. acceptilatione, l. promittendo 41. ff. d. tt.*

Vltima denique voluntate, l. tali facta 48. §. ſocer genero ff. hic l. Titia centum 71. §. Titio genero, ff. cond. & demonſt.

[e] *L. res 43. ff. & l. in reb. 30. C. iure dot. l. vnica §. cùm autem C. rei vxor. act. l. ſi ante 6. cum ll. ſeqq. ff. Sol. matri. In incorporalibus item l. 2. C. obligat. & actio.*

[f] *L. non ſolùm 52. ff. & l. quoties 5. & d. l. in reb. C. iure dot.*

[g] *Quamuis enim incertam planè, quemadmodum cuiuſcunque rei, ſic etiam dotis promiſſionem valere iuris ratio non patiatur l. triticum 94. l. ita ſtipulatus 115. ff. Verb. ob. l. 1. C. dot. promiſ. eam tamen à patre factam, etiam ſine boni viri arbitrio valere non dubito, per l. cùm poſt 96. §. Gener à ſocero, ff. h. tt. Diſſ. Treudl. Select. diſput. part. 2. diſp. 7. the. 4. Et licet communiter D D. affirmatiuam amplectantur, non obſtante l. 1. C. dot. promiſſ. in ponenda tamen diuerſitatis ratione inter d. l. 5. & §. gener à ſocero, mirum in modum diſſentiunt. Ego reiecta Gloſſographorum Baldi Nouelli part. 6. priuel. 51. Conani item 8. Comment. 8. Forcatuli in. Cupid. Iuriſp. cap. 2. num. 8. & Cuiberti ratione cap. 4. qui præter alios omnes contra omnium codicum fidem, in d. l. 1. pro dotem dare, dotem dicere in antiquis emendatioribúſq. codicibus, legi affirmat: quam tamen lectionem neque Conanus, neque Ruſſardus, collatis cum codice decem manuſcriptis libris, in d. l. inuenerunt, vt Obert. Giphan. in manuſc. ad d. l. 1. C. annotauit: reiecta, inquam, eorum ratione, Duareni, vt veriorem propugnabo.*

V.

Dote conſtituta, ad quem eius dominium pertineat quæritur? Mihi ea placet opinio, tam penes vxorem[a] quàm maritum dotis dominium eſſe[b].

[a] *Quamuis autem marito detur rei vindicatio, eam tamen conſtante matrimonio mulieri denegari, non puto probari poſſe, per l. doce ancillam 9. C. rei vindicat. & l. de his 11. C. iure dot.*

[b] *Naturale quidem penes mulierem, ciuile penes maritum d. l. in*

ſecutus Treuel. ſtuct. diſput. part. 2. aſſ...
propter traditionis actum, maritum indiſtinctè omnium rerum in
dotem traditarum, naturaliter dominum facit, motus per §. per
traditionem Inſt. Adquirendo rerum domi. hæc ſubtilitas neuti-
quam mihi ſubſiſtere poſſe videtur: quam ob cauſam reprehendit
eum etiã Robert. 3. Animaduerſ. 9. quamuis rationibus non ſatis
ponderoſis. Et licet Treud. d. loco Gilbertum cap. 5. num. 4. huic
ſententiæ accedere opinetur; reuera tamen, tantum abeſt, vt eam
approbet, vt etiam manifeſtò eam mihi refutare videatur d. n. 4.
quod etiam ea, quæ in ſeqq. num. 5. 6. & 7. contra Accurſ. &
Bartol. diſput. tt. ſatis euincunt. Diſſ. aliter Robert. 3. ſentent. 18.
& 3. Animad. 9. qui nouam verborum proprietatis & dominij
inducit diſtinctionem contra expreſſas leges refutatus à Cuiac. in
tot. Mercat. lib. 3. cap. 9. Hotomannus autem diſput. de Dot. &
Vand. 2. Quæſt. 3. Rerum æſtimatarum dominium ſtatuunt eſſe ma-
ritum propter venditionem, quæ eſt ex dotis æſtimatione, l. ple-
rumque 8. §. ſi à te ff. Iure dot. Etſi autem Herman. Vulteius diſ-
cept. 19. eandem de rebus æſtimatis & ineſtimatis diſtinctionem
recipiat (adiuuatur etiam hæc opinio per l. cùm poſt 96. §. penult.
ff. d. tt.) ponit tamen differentiam, inter res ipſas, & ius in reb.
conſtitutũ, huius dominiũ marito, illius vxori tribuens, Cuia. 17.
Obſer. 1. tres ſimplicis venditionis, & dotis cauſa differentias ex-
plicat, ex quib. Giphan. ad l. de his 11. C. iure dot. dictam Vand.
& Hotomani opinionem refutare conatur: quæ differentiæ cùm ad
refutationem illius ſententiæ nihil mihi facere videantur, præ-
tereà cùm in tertia, quam ponit differentia, eam quæ dubia eſt,
& communi DD. damnata ſuffragio Pinelli part. 1. cap. 2. num. 1.
Couuar. 2. var. reſol. 3. num. 8. Roberti 2. Animaduerſ. 12. & 13.
Forcatuli in Netyo. Dialo. 100. num. 2. Donelli ad l. 2. C. reſcind.
vend. num. 17. cui nec ego calculum adiicere poſſum, præſupponat
ſententiam; nempe: Remedium l. 2. C. reſcind. vend. in vendi-
tore

tore tantùm locum habere, eam inquam probare cùm neque.m, Vaudi & Hotomanni diſtinctionem, iuncta Vultei opinione, probabiliter defendi poſſe non dubito.

VI.

Conſtante itaque matrimonio, dotis verum & naturale dominium penes vxorem erit. Sed quid ſoluto matrimonio, Num pater repetet dotem[a]? Et ſiquidem morte vxoris ſolutum matrimonium ſit, & liberi ex matrimonio ſuperſtites ſint, dos ad patrem non reuertetur, ſed eam maritus liberorum nomine retinebit[b].

[a] *Num igitur ſoluto matrimonio dos adhuc propriè dos dicitur? Minimè, arg. l. 3. ff. hic l. vlt. C. donat. ante nupt. Inſt. de Nupt. §. penult. l. 1. ff. vſucap. pro dote. l. etiam 12. ff. fund. dota. Vlp. in fragment. de dote. Bald. Nouell. de dote pa. 1. num. 13. & ſeqq. Guibert. de dot. cap. 2. num. 15. Diſſ. Iaſon. & alij in Rub. ff. ſol. matri. Dotem itaque cum hic dico, per abuſionem ſeu potius* ἀναφορικῶς *dotem intelligo.*

[b] *Tam iure veteri, l. vlt. §. 1. ff. vt legat. vel fideicom. nom. cau. l. filiusfam. 7. ff. ad Macedon. l. illam 19. C. collat. & per rationem quæ eſt in l. iure ſuccurſum 6. ff. iure dot. l. poſt dotem 40. ff. ſolu. matr. quam Cuiac. 6. ad Africa. rectè ita reſtituit: ſine filiæ voluntate: Charondas in ſuo manuſcripto, præter filiæ voluntatem legi affirmat, cui lectioni Baſilica & aperta iuris ratio aſtipulatur, quam noua per rationes ab Imp. in l. vnica §. taceat, verſ. ſileat C. rei vxor. actio. adductas, & rationem in l. 3. §. ſed vtrum in fin. ff. minor. & Nouel. de hered. ab inteſt. venient. 118. §. 1. Diſſ. Cuia. d. loco inter ius vetus & nouum diſtinguens. Et non minus in emancipata, quàm filiafam. procedit, non obſtante l. 4. C. ſolut. matrim. Plenè quæſtionem hanc & egregiè tractat Anton. Faber 1. Coniect. 16. videatur etiam Forcat. in Cupidi. Iuriſper. cap. 7.*

ros maritus retineat, iuxta Vlp. frag. Franciſ. Balduino ſue, lib. 2. fol. mihi 210. & ſeqq. triplicem dotis retentionem facit ex eodem Vlp. 1. propter mores tantùm, 2. propter mores & liberos: 3. propter liberos tantùm, qui videatur & Vlp. in fragment. antiquatis duob. retentionum generib. per l. vnicam §. taceat, C. rei vxor. act. in eo enim omnes conueniunt. an etiam ſublatum ſit tertium, valdè dubitatum fuiſſe video. Multum mihi arridet opinio Fabri, putantis quintas retentas fuiſſe, non propter liberos ſuperſtites, ſed prædefunctos; idque ſubtiliter probat ex l. inter 26. §. cum inter ff. pact. dotal. eiuſque rei elegantem, ſicut & veteris abrogati iuris, inueſtigat rationem. Nec quicquam me mouet autoritas Balduini, qui ſuperſtitibus liberis iure communi quintas, prædefunctis nihil retineri iudicat, fundamentum enim quod ſumit ex princ. d. l. inter, non videtur mihi ſatis tutum eſſe. De abrogatione autem quintarum diſſentiunt multifariam inter ſe D D. Cuia. d. loco ad Africa. exiſtimat ſublatas eſſe quintas per d. l. vnic. verſ. ſileat. Guibertus nullam quintarum expunctionem agnoſcit, Duare. ad l. ſi dotali 48. ff. ſolut. matri. arbitratur eas per d. l. vnicam abrogatas nõ eſſe, quod etiam fatetur Balduinus & Ant. Faber: exiſtimant tamen alia quandã conſtitutione, quæ non extat, reſecatã eſſe quintarũ retentionem. Idem tamẽ Faber exiſtimat firmiſſima conſequentia ex d. l. vnica deſumpta euinci poſſe, quintarum retentionem à Iuſtiniano ſublatam eſſe, cui & ego aſſentior.

VII.

Quid autem iuris ſi diuortio ſolutum matrimonium ſit, num mulier dotem repetet? Et ſiquidem ſine cauſa mulier diuertit, dotem amittit[a].

[a] *L. Lucius 38. ff. ſolut. matrim. l. ſi dotem 14. C. h. tt. l. con-*

ſenſu

ſenſu 8. C. repudiis. Adulterij item rea dotem amittit, quod cùm indubitati iuris ſit, per d. l. conſenſu & l. vlt. C. ad l. Iul. de Adult. l. miles 11. §. ſocer ff. ad l. Iul. de Adult. quæritur: Num etiam parapherna amittat. Negat Trendler. d. diſp. the. vlt. per l. hereditas 5. l. hac lege 8. l. fin. C. pact. conuent. tam ſup. dot. & l. de his 17. C. donat. inter vir. & vxor. Ego iudico mulierem etiam parapherna repetere non poſſe non obſtantib. ll. præcitatis, quod & Iaſoni ad l. 1. ff. ſolut. matri. & l. fideicommiſſum C. fideicom. placuiſſe video, cum præſertim, atteſtantib. hiſtoriographis huic crimini capitales etiam pœnæ irrogatæ fuerint, vt in hiſtoria Græca & Romana hoc ipſum abunde videre eſt apud Plutarchum, Halycarnaſſeum & alios, ne interea conſtitutionem diuinam Leuit. 20. & Deut. 22. relatam, attingam. Quoniam autem hic de Adulterio diſputamus, non alienum erit, ſi breuiter eam quæſtionem attigero: Quænam tempore Iuriſconſultorum ab Octauij Augusti temporib. fuerit adulterij pœna. Communis opinio eſt, relegationem ordinariam huius criminis pœnam fuiſſe, quod teſtatur Cuiac. 6. Obſeruat. 11. Reuard. 4. Vario. 6. Hotom. Illuſt. quæſt. 23. Delrio ad l. tranſigere 101. C. tranſactio. Ant. Fab. 2. coniect. vlt. ex l. ſi quis viduam 5. ff. quæſtio. l. mariti 29. ff. ad l. Iul. de Adult. l. Claudius 13. ff. de his quæ vt indignis l. ex eo 18. ff. de teſtib. Ex Cornel. item Tacito lib. 4. Annal. Alij capitalem eam fuiſſe affirmant, quamuis non ſanguinis, quibus accedit Alciat. 5. Paradoxo. 8. Coraſius 2. Miſcella. 1. in quam ſententiam etiam pronus eſt Petrus Faber 2. Semeſt. 5. vbi egregiè, quoniam ſerui etiam lege Iul. de Aduteriis tenentur l. ſi poſtulauerit 27. in fin. ff. ad l. Iul. de Adul. l. ſeruos 5. & l. hos accuſare 12. §. omnibus ff. accuſat. & inſcriptio: ſerui autem relegari nequeant (in quo lubens doctiſſimo viro aſſentior, licet diſſ. Bartol. ad l. hos accuſare, & Barnab. Briſſon. in lib. ſingul. ad l. Iul. de Adulte. cap. 9. l. Iuliæ) non obſtante l. 2. C. ſepulch. violato. Nec etiam me mouet l. 2. C. Theod. de mulier. quæ ſe ſer. propr. iunx. nec l. 1. C. Theod. de habitu quo vti oport. facile enim, eius ſolutioni acquieſco, cùm videam præter eum etiam politiſſimum Cuiac. ad l. 11. ff. excuſat. tut. non paucas eiuſmodi impropriæ locutiones annotaſſe, dum in-

quam

quam ſeruos relegari non poſſe egregiè probat, adulterÿ pœnam; promiſcuè relegationem non fuiſſe ſatis clarè mihi innuere videtur. Et hinc factũ eſt, quod DD. ita digladicutur in eruendo eo, ſub quo Imper. adulterÿ pœna ſanguinis facta fuerit. Alÿ ad Conſtantinum Magnum hoc referunt ex l. quamuis 30. C. ad l. Iul. de Adult. Briſſo. lib. ſing. ad l. Iul. cap. 2. legis Iuliæ, Reuard. 4. Vario. 6. Conan. 5. Comment. 7. Donel. ad l. tranſigere 18. C. tranſact. Alÿ ad Conſtantem & Conſtantium, vt Cuia. 6. obſeruat. 11. & ad Nouel. 134. Hotom. Illuſt. Quæſt. 23. Ant. Faber 2. Coniect. vltimo. Alÿ paulo ante Diocletianũ & Maximin. pœnã ſanguinis effectam fuiſſe volunt. Delrio ad l. tranſigere 18. num. 104. & ſeqq. Mihi Tiraquelli opinio placet, qui exiſtimat, de legib. connub. in l. 13. num. 20. & ſeq. & rectè meo iudicio, Octauium Auguſtum autorem fuiſſe vt ſanguinis pœna adulterio irrogata fuerit prob. arg. l. 1. in princ. & in d. l. 1. in fin. ff. extraord. crimin. §. Lex Iulia Inſt. pub. Iudic. l. caſtitati 9. C. ad l. Iul. de Adult. Tacit. lib. 3. & 4. Annal. Sueton. in Octau. Auguſto, Iuuenal. Satyr. 2. quam ſententiam etiam amplectitur Goedde. ad l. inter 101. ff. verb. ſignif. Et quamuis Iuſtinia. hanc Conſtitutionẽ in viris obſeruari, mitiorem tamen mulierib. pœnam infligi voluit Auth. ſed hodie C. ad l. Iul. de Adult. §. ſi v. quando Nouell. vt nul. iud. lic. hab. 134. propterea etiã malè audit à Bodino de Repub. lib. 1. cap. 3. Laudatiorem itaque dixero Caroli V. Conſtitutionem criminalem, artic. 120. indiſtinctè in vitam reuocantem l. quamuis 30. C. ad l. Iul. de Adult. ſequitur: An autẽ ab heredib. mariti propter adulterium dos retineri poſsit? Dubia certè hæc eſt quæſtio. Duaren. ad l. rei 15. ff. Sol. matri. defendit negatiuam, quæ licet iuris rationi conſentanea eſt per l. 1. & vlt. C. reuocand. donat. l. 1. §. vlt. ff. S C. Sillan. l. 1. ff. priuat. delict. l. iniuriarum 13. ff. iniuriis l. vlt. C. Theodo. de inceſt. nupt. atque haud dubiè etiam veriſsima, diſputationis tamen gratia vtram partem defendam: An verò mulier propter ſtuprum dote cadat? quæritur. Guibert. cap. 6. num. 31. totus eſt in aſtruenda affirmatiua, malo tamen negatiuã ſubſcribere per §. vlt. Nouell. de reſtit. & ea quæ par. in vnde. men. 39.

VIII.

Tres autem dotium cauſa comparatæ ſunt actiones: Rei vindicatio, hypothecaria, & actio ex ſtipulatu de dote.

IX.

Quod autem ad priuilegium dotis attinet, quæri ſolet, An mulier tam expreſſam quàm tacitam hypothecam, vel tacitam tantùm habentibus præferatur? Exercitij gratia vtramlibet tuebor[a].

[a] *Pro com. opin. fac. l. dotis 9. C. iure dot. l. 2. C. priuil. fiſci; iunct. l. ſi. pignus 8. ff. & l. ſi fundum 4. C. qui potior. in pign. hab. l. impuberi 40. ff. adminiſt. tut. l. nec auus 4. C. emancipat. lib. l. in omnib. l. ſemper in dubio, ff. Reg. Iur. &c. probant eam Gail 2. Obſeruat. 25. num. 10. Weſemb. parat. ff. qui potio. in pig. hab. Anton. Neguzant. de pigno. & hypo. Couua. 1. varia. reſolut. 7. num. 1. ver. tertia concluſio. Donel. ad l. aſsiduis 12. C. qui potio. & in tract. de Pigno. cap. 12. in fin. communem oppugnant Cuia. ad Nouel. 97. & parat. C. priu. dot. Hotom. ad tt. ff. qui potio. in pig. Mynſ. 1. Obſ. 16. & 4. Obſer. 13. Bald. Nouel. de dote part. 30. in princ. priu. 1. Petrus Vanderanus de Priuileg. cred. cap. 4. Robert. 3. Animad. 14. Vaud. 1. Quæſt. 21. Anto. Guibert. de dot. cap. 7. prolixè.*

COROLLARIA.

I.

Matrimonij cauſam, ciuilem tantùm eſſe, contra receptam Theologorum, Iuris item ciuilis & Canonici Interpretum ſententiam ſtatuo, ideoque eius cognitionem ad Eccleſiaſticos iudices nõ pertinere.

Conſen-